1582 15. Januarii Ex libello impresso Vilnae 9

Moskiewskie

Stephano Poloniae Regi Antonius Possevinus.

4

Quamvis per D. Illmum Albertum Radziwilium scripserim V. Mti; non potui tamen has literas denegare D. Michaeli Haraburdae, qui eas à me modestissimè petijt. Eò verò spectant, ut in ipsa veritate, sincerè (non in gratiam ipsius:) officio animi grati et Rempubl. Regnumq; istud amantis satisfaciam. Is igitur, ut usu rerum, et Moscorum cognitione valuit, certè permultum toti huic pacificationi comodavit. Sed ad omnia accessit, quòd cum coram me Legati omnes osculo Crucis pacem sancirent, illeq; de fide sua Ruthena à Moscis admoneretur, ne Crucem nostram sed Moscorum osculaetur, maluit veritatem et dignitatem V. M. in magna corona hominum, anteferre ipsi opinioni suae, à qua forsan Deus illum ad Catholicam Religionem vocabit. Ego certè clementiae V. Mtis ipsum enixè et humillimè comendo. Deus V. M. omnibus bonis cumulet. Ex Kiwerova Horca die XV. Januarij 1582.

Meschica.